

Corona gloriae Salomonea,
viro rebus in regno
sveogothico strenue
præclareqv...

Merthen, Andreas Andreae,

1 Ic 1683 Creutz, Laurentius



National Library
of Sweden

CORONA GLORIÆ
SALOMONEA:

V I R O

REBUS IN REGNO SVEOGOTHICO STRENUÈ
PRÆCLAREQVE GESTIS

I L L U S T R I,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS FIDELISSIMO, DISTRI-
CTUS ABOENSIS BJORNEBURGENSIS ET ALAN-
DENSIS TOPARCHÆ
DIGNISSIMO,

Ut Et

COLLEGI METALLICI REGII VICE-PRÆSIDI
ACCURATISSIMO,

Perillustri Generosissimoque DOMINO,

D^N. LAURENTIO
CREUTZ,

LIB. BARONI IN CAZARITZ, Dno. HÆ-
REDIT: IN Sartvelax/ Abborfors/ Flostadh/
Låchtis & Vllenå/ &c.
LITERARUM LITERATORUMQVE PATRONO
MAGNO, DOMINO GRATIOSO;

*Candide & humiliter DIE NATALIO, Augusti
An. O. R. MDCLXXXIII. adornata.*

Ab

A. M. A. F.

Excusa à JOHANNÈ Winter/ Typ. Reg.

CORONA FLORIDA

ISSUED IN ACCORDANCE WITH THE
PROVISIONS OF THE
ACT OF MARCH 3, 1879

AND THE ACT OF MARCH 3, 1879

CORONA FLORIDA

THE STATE OF FLORIDA

IN SENATE

JANUARY 1, 1880

REPORT OF THE

A. M. A.

OF THE





PERILLUSTRIS ET GENEROSISSIME LIB: BARO
AC TOPARCHA, DOMINE GRATIOSE.



Xoptatissima illa dierum series, singulari
DEI Beneficio, adest, quæ Gratioli Ad-
ventus Tui festivitatem solennibus fau-
tisq; ominibus celebrandam nobis com-
mendat. Justum & rectum est, ad pre-
ces Eucharisticas, Deo Sospitatori ex ima
mente fundendas, decurrere omnes Ci-
ves, quotquot Providæ Tuæ Gubernatio-
nis sublimitatem colunt, atque submissè

exosculantur. Pendet enim prorsus salus Ditionis Abodicæ,
â felici Tuâ unius directione, ut cujus provisionibus atque
vigiliis, nisi ac plusquam paternæ sollicitudini, quòd heic
gaudere possint, juxta Regia diplomata & statuta, concessis
privilegiis singuli cives debent, Tibiq; impofterum insignem
referre laudem, Domine Gratiöse, monumenta temporum
laborabunt. Excellens quidam Patriota, quondam egregiè
Svecico idiomate, in limine sui tractatus hæc scitè locutus
est: Til at hålla Fridh/ Lagh och Rätt/ och en god Poli-
tia wid Måht/ så åre thesse Embeter/ nemligen/ Gouverneu-
rer, Domare / Befalningzmån / och andre slÿke/ både på
Landzbygden/ så twål som vthi Städerna/ nyttige och hö-
geligen

geligen aff nöden. Och lika såsom thesse Embeter äre al-
mannelige/så ländet thet och thet Meniga Bästa til myck in-
Fromma och Wälfärd/ om the Personer/ som thet til för-
ordnas/ them med alsomförste Flit/ Trooheet/ och effter
Samwek och Eedz plicht alswarligen betiena och beklåda. 2c.
Quam ingens, quam rarum sit, Divinum illud beneficium,
quod Illustrissima Tua Dominatio, instar fulgidi solis, calo-
rem & vitam é terrâ nascentibus blandissimè suffulcientis no-
bis, post Illustrissimum Genitorem suum & Generosissimum
Affinem, nunquam satis dignâ memoriâ celebrandos, non
adeò interruptâ annorum serie adest, tum demum rectissi-
mè intelligemus, cum subjecerimus animo, quam in Te U-
num benigna Mater Natura, eiquè succenturiata fortuna, tot
virtutum ornamenta contulerit atq; decora, quot plures et-
iam, in excelsâ illâ sorte Tuâ, rarissimè possident. Non ce-
lebrabo nunc quidem fastigium Ortus Tui, non educationem
Heroico dignissimam sanguine, non vividam indolem, mis-
sam à primis statim annis in studia & exercitia illa, quæ pro-
mittere Magnum Dynastam possent. Non memorabo terras &
maria Tibi illustrata, & quicquid aquæ Peregrinas ac Gentes lon-
gè disitas elegans, quicquid Magnificum, quo se attollunt super
alias atque commendant, visum perspectum atque pruden-
ter notatum; non quidem perituris & volitantibus in char-
tis, sed in Divinis illis inusitatæ memoriæ tabulis inscriptum,
in hac quoque Terrarum plaga, sine difficultate reddendum
apud animum, ac instaurandum. Non aperiam thesauros
sapientiæ & incredibilis prudentiæ ac variæ solertiæ Tuæ,
qua inter Illustres exemplo satis conspicuò excellis. Non
pandam felicitatem Conjugii, non munimen Aulæ & firma-
menta Illustris Familiæ Generosam sobolem: Non opes &
honores alios super alios, legitimo tamen modo, cumulos,
ipsam

ipsam tandem splendidissimam Celeberrimamq; Dynastiam;
singulari & benigniore DEI dispensatione, à Serenissimo Po-
tentissimoq; REGE ac DOMINO, CAROLO XI, DO-
MINO ac REGE Nostro Clementissimo (cujus SACRATIS-
SIMÆ MAJESTATI, vitam prolixam, Imperium secu-
rum, Domum tutam, Exercitus fortes, Senatam fidelem,
Populum probum, orbem quietum, expansis ad cælum ma-
nibus, imo de pectore indefinenter optamus) in manus Tu-
as consignatam. Sustinui antea in his Illustris Tuæ Domi-
nationis Dotibus periclitari dictionis meæ exilitatem, sed e-
as strictim executus sum; commentarii enim res illæ sunt,
nec patiuntur in paucarum paginarum angustiam se coar-
ctari. Nunc ergo, nè tentabo quidem felicitatum Tuarum
varietatem & magnitudinem, Domine, vel attingere saltem;
relicturus conatus hujus gloriam illis, quibus ad grandia de-
cantanda centum ora, & voces totidem, propitio a Phœbo
deposcere consuetum, atque exorare etiam est concessum.
Materiam scribendi mihi maximè supeditabit, Regum Sapien-
tissimi, Salomonis dictum, qui in proverbiiis, pectus Deo plenū,
vocari solitis alicubi mentem sic recludit : Cap. 16: v. 31. CORONA
GLORIÆ EST CANITIES, IN VIA JUSTITIÆ INVENIETUR. Vi-
demus arboribus ac ædificijs religionem quasi quandam ac
venerationem, sic dicam, a diuturnitate annorum circumdari;
Quid in Mortalibus illa non faciat, cujus cultus ac reverentia
communi propè Gentium dedicata consensu? & quidem in-
ter Mortales Excelsi Viri præ alijs rarius longioris solent esse
ævi: Ignea enim Naturæ vis ijs inest, quæ se ipsam consumit
mature. Cui accedunt laborum ardua, ac diversissima cura-
rum, quæ animum assidue exercent, ac strenuè fatigant, ut
mirum adeò non sit, si vires ante tempus exhauriant ac depa-
scent. Ego de porticu Salomonis Philosophiam edoctus, Co-
ronam

ronam illam gloriosam vividæ Imaginis Tuæ in Te suspiciam,
tanquam in via Justitiæ inventam? Vera Justitia Tua, sincera
Pietas tua, consummata tuæ felicitati, exoptatissimum hoc cul-
men fastigiumque imponere maxima prosperitate adlaborabit.
Da mihi hinc pro consueto favore, ut breviser recenseam Clau-
diani, Viri magni judicij, dictoria non inamoena:

*Te Civem Patremq; geras, tu consule cunctis;
Nec tibi, nec tua te moveant sed publica vota.
In commune jubes si quid, cense sq; tenendum,
Prima jussa sibi: Tunc observantior aequi
Fit Populus, nec ferre vetat, cum viderit Ipsum
Autborem parere sibi: Componitur orbis
Regis ad Exemplum: Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita Regentis:
Mobile mutatur semper cum Principe Vulgus.*

Hæc carmina verè aurea, ingenuè in Linguam vernaculam
translata sunt, à suprâ laudato Patriotâ, olim Sæ Ræ Mti à Se-
cretis, Viro bono ac Cive optimo, Nunc *in 271015*, rythmis so-
noris ejusmodi:

Kensar / Konung och Förste Båld /
Som Gudh haer gifvit macht och wåld /
Til at regera Folk och Land;
Wil tu tigh Skal gå wål i Hand /
Så fölg mitt Råd h iagh gifwer tigh /
Thet Skal tigh fromma wisseligh.
Til tine Underfater får
Alltidh ett Faders Hiärta bär:
Kamma en titt egit bästa alleen /
Men allas Wålfård i gemeen /

Stal

Skal tigh äliggia Natt och Daggh :
 Wil tu påbiuda någon Lagh/
 Som hållas Skal vthi Gemeen /
 Gör tu thet först och war en seen :
 Aff titt Exempel Skal tu rå
 Then Hugnaden förnimma så ;
 At titt Folck redebogit är /
 Tigh Lydno stånda medh begår.
 In går måst til i Werlden så /
 Ut alte både stoor och små /
 Furstens Exempel fölia brått /
 Ehwad thet är Ondt eller Godt.
 Ja! Försten medh sitt Lestwerne
 Skaffar / at Vnderfäterne
 Lockas fast mehr til Hørsamheet /
 An genom Lagh; Som hwar Man tveet.
 Så är och Menigheetens Art /
 At hon förändras medh en faart /
 Effter som Försten ställer sikh
 Moot henne; Troo migh wisseligh.

Hæc ille : Eandem quoque confirmat sententiam Divus Na-
 zianzenus : Sicut enim per Principem inquit, cum benefacit,
 plurimorum vitæ & salutis consulitur : Ita & error Principis ad
 multorum perniciem pertinet. Quapropter cives felices ter
 & amplius Te Dynastâ, in hæc Mundi senectâ proclamo.
 Tam ingens depositum Cœli Deus O: M: ex hinc velit esse
 perpetuum! Ejus tremendæ ac adorandæ Majestati, ego hoc
 nomine, expansis ad Cœlum palmis, humilimas devotissimasq;
 persolvo gratias; Eundemque Omnipotentem Cœli terræque
 Monarcham, piâ prece ex imis animi visceribus supplex devotè

conve-

convenio, ut Te Baronem Illustrissimum, nunc nostrum Sa-
trapam, Patriæ amori, gaudio atque Solatio mœrore afflicto-
rum, tutelæ ac præsidio Civium, Ornamento totius Finlandiæ,
admirationi denique Inclytæ Urbis Aboensis, propitiùs por-
rò plurimos in annos servet, ac denique omnigeno benedictio-
nis rore affectum æternum exhilaret & exornet! Vale diu,
DOMINE GRATIOSE, & me favore Tuo complecti dignare,

Virtutibus Famaque Tue

Dicatifimum

AND. Merthen.

